



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

36. Tres cultus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 35.

Triplex cognitio Angelorum.

*Quam Theologi, vocant Matutinam, Vespertinam, Meridiana-  
nam. D. Tho. 1. p. q. 58. art. 6. & 7. ex S. Aug. lib. 4.  
de Gen. ad lit. cap. 22. & 23.*

**Q**UAM benè Mens Tri-potens cœli sub origine, trinā  
Pennigerū mentes cognitione beat?

- (a) In Verbo ut speculo seu Patris Imagine, rerum  
Grande creatarum mox speculantur opus.
  - (b) Deinde datum res, per proprias cognoscere formas,
  - (c) Tertia dos, Trinum ac summa, videre Deum.
- [a] Matutina [b] Vespertina quia obscurior est prima. [c] Meridiana, est illa beatifica.

## SYMBOLUM 36.

Tres cultus.

*Latria, Hyperdulia, Dulia*

**P**RO meritis dum cuiquè sui tribuuntur honores,  
Nempè gradus sertis ordoquè certu, inest.

Sola Trias summo cultu decoranda Latriæ,

(a) Virgineæ Matri debitus alter Henos.

Tertius Aligeris tribuatur cultus, & astris

Quotquot Pontificum calculus inseruit.

*Vide D. Tho. 3. p. q. 25. art 2. ad 1.*

*Hyperdulia humanitati Christi, ut concipitur separata a Verbo, etiam tribuitur exhibetur autem propter singularem rationem conjunctionis vel affinitatis cum Deo. Trium de hoc lege Doctores, apud D. Tho. 1. Cit.*

SYM